

terre. in næsi dimidiam oram terre. Jn thorslundum sol. terre. Jn husabý septem solidos cum dimidio terre. Jtem in næsi. duos sol. cum dimidio. pro hiis omnibus recepi precium Jn publico placito vpsalie & testes sev firmarii qui uulgariter dicuntur fasti infra scripti sunt recepti, Nicholaus dictus bamsý. Jacobus brýnga, marchus, sewi, albertus quant, hemmingus quondam hulmfridis, absolon, guduarus, lidmundus, hermannus, paulus, Jngiwaldus, thegno, thidhamannus, Jngilbertus sartor, godhikinus, Johannes dictus pater noster, Suno Jarpulps, thorstannus, magnus faber, stenulfus diaken, leonardus, sýmon, botho, Jn cujus rei testimonium sigillum meum cum sigillis aliorum discretorum qui huic facto presentes fuerunt presentibus est appensum, datum & actum vpsalie anno M^o.C.C^o.XC^o.VI. XVI kal. februarij.

Sigillen: 1 Ragnfrids, i brunt vax, något skadadt; 2 andeligt, likaledes; 3 i rödt vax, andeligt.

1157.

1296 d. 13 Febr.

Rom.

Påfven BONIFACIUS VIII:s Skrifvelse till Biskopen i Wexiö, med uppdrag att besörja det alla ifrån Linköpings Biskopsbord afsöndrade gods varda återställde.

B. 3: 25. v.

Bonifacius VIII.

BONIFACIUS episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . episcopo wexionensi salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis fratris nostri . . episcopi lincopensis precibus inclinati presencium tibi auctoritate mandamus quatenus ea que de bonis ad mensam suam episcopalem spectantibus alienata inueneris illicite uel distracta ad ius et proprietatem eiusdem mense legitime reuocare procures. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo Testes autem qui nominati si se fuerint gracia odio uel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Prouiso ne extra suam aliquis ciuitatem & dyocesim auctoritate presencium ad iudicium euocetur nec procedatur in aliquo contra eum Datum Rome apud sanctum petrum Jdus februarij Pontificatus nostri Anno Secundo.

1158.

1296 d. 13 Febr.

Rom.

Påfven BONIFACIUS VIII:s likalydande uppdrag till Biskopen i Skara.

B. 3: 26.

Bonifacius VIII.

BONIFACIUS episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . episcopo Scarensi &c. lika med nästföregående N:o 1157 ända till slut.